Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift



stulit sicut oues populum suũ: & pas-
xit eos tamquam gregem in deserto. Et
deduxit eos in spe: et non timuerunt: et
inimicos eorũ operuit mare. Et induxit
eos in montem sanctificationis suae: in monte
quem acquisiuit dextera eius. Et eiecit
a facie eorũ gentes: & sorte diuisit eis terrã
in funiculo distributionis. Et habita-
re fecit in tabernaculis eorũ tribus israel.
Et tentauerunt & exacerbauerunt
deum excelsum: et testimonia eius non
custodierunt. Et auerterunt se et nõ
seruauerunt pactum: quemadmodum
patres eorũ. Conuersi sunt in arcũ pra-
uum: iniram concitauerunt eũ in collib;
suis. Et in sculptilib; suis: ad emulati-
onem eum prouocauerunt. Audiuit deus
et spreuit: et ad nihilum redegit ualde
israel. Et repulit tabernaculum silo: ta-